cetur in dubium: vt abſoluentium & abſoluē dorum: diſpēſantium & diſpenſandorum pro tempore puritati conſcientię conſulamus, declaramus hereticos relapſos, ſciſmaticos: & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent: aut ad Infideles prohibita detuliſſent: dumtaxat eſſe ad Sedem Apoſtolicam merito deſtinandos. Hæc Pontifex in noſtro Marimagno, & in cę teris. Ex quibus patet Pauli. 3. indultum. Verum ne forte quis decipiatur, aduertat hęreticum [etiam nondum relapſum] remitti modo ad ſanctæ Inquiſitionis officium: & ab eo puniri, per priuilegia Apoſtolica quę ad hoc habet: non obſtātibus quibuscunq; priuilegiis in contrarium &c. Et hoc valde notetur pro his quæ inferius dicenda ſunt.

14 ¶ Prouinciales Indiarum ordinum Mendicantium, & fratres, quibus ipſi ſpecialiter, & expreſſe cōmiſſerint, poſſunt omnes Indos, & omnes Chriſticolas fratres cōmitantes ad opus cōuerſionis abſoluere in vtroq; foro ab omni cenſura etiam de Cęna Domini. Hæc Concluſio eſt doctiſsimi patris Magiſtri Alphonſi à Veracruce in Compendio Indico, Abſolutio. 3. Concl. 6. Et doctiſsimi fratris Ioā nis Focher in ſuo Compendio, conceſſo. 4.

con